



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Infirmus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

tale est. *Caiet. 2.2.q.169. art. 2. Mol. disput. 340.*
nu.34. & tradere eis libros sacros comburen-
 dos etiam timore mortis , mortale est secun-
 dum D. Augustinum *epist. 164. & 171.*

2 Cum fidelibus possunt conuersari in fide
 firmi.* *Fum.l.c.num.5.*

Addit. } Infideles conuersi locorum, in quib.
 baptizantur , ciues fiunt : retinetque bona
 iuste possessa : ex *Paulo III. Cupientes, Ite-*
deos, &c.

Infirmus, vide vita.

1 **N**on peccat mortaliter æger qui cibo
 abstinet ob summam difficultatem e-
 dendī , præsertim cum exigua est spes vitæ;
 censetur enim illa quædam impossibilitas:
 nec qui ob eandem difficultatem pharmacū
 respuit, cum certum non est per illud sanita-
 tem recuperandam.

2 Non tenetur æger migrare in ciuitatem
 salubriorem , aut emere valdè pretiosum
 pharmacum, sufficit enim uti remedijs com-
 munibus. Potest & medicinam recusare ob
 animæ utilitatem, ubi non est mortis pericu-
 lum . Potest & fœmina ob amorem pudici-
 tate, nolle medico pudenda ostendere etiam
 cum ad sanitatem videtur necessarium.

* Emere valde } *Lopez p.1.c.41..infine.*
 Potest } *Lopez l.c.*